ex dictis Crucibus Imaginibus, aut ex supradictis alijs rebus amissa, et fracta fuerit ut una vice tantum alia similia eligi, et in eius locum subrogari possint. acetiam ut loco Coronae in certis quibusdam casibus supra expressis ut praefertur, recitanda tertia pars Rosarij recitari valeat
9 indulgemus — Ad haec nos Societatem Jesu praedictam, ac eius specialibus fauoribus, et gratijs prosequi volentes, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, ut tu vel Rector seu Praefectus Collegij vestri ciuitatis Manilen. in ecclesia Societatis, ac collegij vestri huiusmodi unum altare eligere et deputare possitis, in quo quotiescunque Sacerdos aliquis Missam pro anima alicuius fidelis, quae deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit, celebrabit, ipsa de thesauro ecclesiae indulgentiam consequatur, ita ut domini Jesu Christi, ac B. Mariae Virginis, et sanctorum omnium meritis suffragantibus a purgatorij poenis liberetur, perinde ac si sacerdos praefatus missam huiusmodi in altari ecclesiae Sancti gregorij de Urbe, celebraret — Et insuper
10 tuis in hac parte supplicationibus nobis humiliter porrectis inclinati omnibus et singulis presbiteris Sacramentorum ecclesiasticorum ministris tam saecularium, quam quorumuis ordinum regularibus, ijs tamen dumtaxat, qui sexaginta milliaribus a loco ubi oleum chrismatis, et cathecumenorum benedicitur, et consecratur distant permittimus, ut ipsi oleo praedicto veteri, seu eo anno non benedicto: vel etiam a duobus, tribus, aut etiam quatuor annis citra benedicto libere, et licite uti possint donec nouum oleum commode habere valeant, pro quo tamen habendo, ut omnem operam
11 ac diligentiam adhibeant, in domino ipsos hortamur — Postremo cum nos de locorum seu habitationum illarum partium variatione certiores facti fuerimus omnes et singulas gratias, indulgentias, remissiones, priuilegia indulta, et literas apostolicas tam a nobis, quam a quibusuis Romanis pontificibus praedecessoribus nostris, quandocunque ac quomodocunque concessas emanatas ac expeditas ac in eis contenta quaecunque sub similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, annullationibus, limitationibus, modificationibus, vel derogationibus comprehendi, et illas per quamcunque ecclesiae seu loci pij mutationem, seu renouationem reuocari, aut illis in aliquo derogari, aliquo unquam tempore non posse minime sub eisdem modo et forma eidem ecclesiae et loco pio de nouo erigendo concessas esse per praesentes decernimus, volumus, et declaramus nisi in reuocatione huiusmodi de voluntate et decreto ac praesentibus nostris literis specialis specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per
12 clausulas generales idem importantes, mentio facta fuerit — Non solum autem indulgentias ac gratias speciales praefatas concedimus. sed quascunque alias ab eisdem Sixto V. et gregorio XIIII praedecessoribus nostris, ut praefertur concessas, apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus, non obstante nostra de non concedendis indulgentijs ad instar, ac alijs constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs
13 quibuscunque — Ut autem singularis noster amor, et paterna beneuolentia, qua eos memoriae prosequi, et nostra, atque Apostolica prouidentia tueri nunquam desinemus facilius innotescat, volumus, ut praesentes nostras literas imprimi facere valeas, ac ut earundem transumptis impressis ac manu tua vel superioris, aut Ministri generalis Societatis praedictae in dictis insulis subscriptis, ac sigillo eiusdem societatis munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in iuditio quam extra semper adhibeatur, quae adhiberetur ipsis nostris originalibus literis si forent exhibitae, vel ostensae.
Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die xxj. Decembris. MDXCj. Pontificatus nostri Anno primo —

M. Vestrius Barbianus.

Tibi in omnibus et per omnia sine aliqua differentia perinde ac si tibi tunc concessa fuissent, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus et impertimur. tibique, ut illis uniuersis et singulis frui, fungi, uti, potiri, et gaudere. atque ac si dictae literae tibi, et non praefato Alphonso tunc directae fuissent, libere, et licite possis, valeas, et debeas plenam liberam amplam, et uniuersam licentiam, facultatem, auctoritatem, et potestatem tribuimus et indulgemus. teque in eiusdem alfonsi locum quoad literas, gratiasque, indulgentias, facultates, concessiones, et indulta huiusmodi plenissime substituimus, et subrogamus, et ad hunc effectum si opus sit literas praefatas ac omnia et singula in illis contenta confirmamus approbamus et innouamus, ac praesentium auctoritate, et Apostolicae nostrae confirmationis robore communimus. Omnesque et singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui in eisdem interuenerint supplentes, volentes, et eadem auctoritate statuentes, quod praesentium literarum transumptis, et simul cum praefatis literis, vel seorsum ab illis impressis, ac manu tua vel superioris, ac Ministri generalis, Societatis praefatae in illis partibus subscriptis, et Sigillo eiusdem Societatis obsignatis eadem ubique in iuditio, vel extra fides indubia adhiberi debeat. quae praesentibus ipsis originalibus literis adhiberi deberet. Non obstantibus nostra de opus sit, de indulgentijs ad instar non concedendis, alijsque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, quae dictus Innocentius praedecessor in praefatis literis voluit non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris. Die xxiij. decembris. MDXCIIJ. Pontificatus nostri anno secundo. M. Vestrius Barbianus. Petrus Morales —

Por virtud de los Breues de su Santidad desta otra parte, y vsando de la facultad a mi en ellos concedida hago eleccion y nombro a la Santa Cruz de Caravaca del Reyno de murcia que en aquella villa se guarda en un atorio y capilla de la fortaleza y es tenida en tanta veneracion y visitada con tanta frequencia y deuocion de los fieles ansi de la dicha villa como de toda la comarca como a todos es notorio, para que la dicha Santa Cruz tenga enteramente todas las gracias e indulgencias particulares y jubileos plenissimos por viuos y difuntos se conceden en el breue referido e particularmente e la clausula n.º 3. que comiença quicunque autem locum &c. y en verdad y tentible desta elecion y nombramiento di esta firmada de mi n., y sellada con el sello comun de mi dicha compañia de Jesus. a 24. de Junio de 1594 años siendo testigos el padre Ant.º de Cordes es praepósito, y el padre esteban paez provincial de Mexico a cuya instancia hice esta elecion y nombramiento, y el padre Ilefonso de Castro, y el padre Al.º muñoz de corquera de la misma compañia. Pedro de morales —

En la muy noble y muy leal ciudad de Seuilla Sabado veinte y cinco dias del mes de Junio de mill y quinientos y nouenta y quatro años ante mi diego ... de Reynoso notario publico del numero desta ciudad de seuilla y los testigos yuso escritos parecio el padre Pedro de Morales de la compañia de Jesus residente en la casa profesa de la dicha compañia desta dicha ciudad de seuilla al qual auiendole sido mostrada la eleccion y nombramiento arriba que ... la firma que esta al pie della donde dice Pedro de morales sellada con el sello de la dicha compañia dixo que el la hizo y dio y concedio de la manera que ... declara y la dicha firma donde dice Pedro de morales es suia fecha y firmada de su propria letra y mano porque ... de los breues de su S. que en ella se hace mencion y por tal la reconocia y la concedio e rem... ... y lo firmo de su nombre fueron testigos ... e ... y ... e forma ... lo conozco y sauen que el propio aqui ... que se llama asi como de suso ... padre ... y ... de la compañia de Jesus siendo testigos ... de seuilla ... no vala Pedro de morales ... publico y ... de seuilla lo fice scribir y fice mi signo —
v Nos el licenciado don fran.co dauila ... de su mag. de la S.ª y gnl inquis. ... de la S.ta yglesia de tol.º comisario Ap.co gnl de la S.ta Cruzada &c. por la presente ... para ello tenemos ... la suspension que por la dicha S.ta Cruzada ... indulg. el P.e P.º de morales Religioso profeso de la comp. de Jesus en virtud de la facultad que su S.d ... en Roma a veinte y tres de ... del año proximo pasado de quinientos y nouenta y tres concedio a las cruzes medallas y imagines granos y agnus dei y ... cosas que bendixese señalase y nombrase el dicho P.e P.º de morales el ... vsando de la dicha facultad ... elegio nombro y señalo a la santa Cruz de la villa de Carauaca ... de Murcia que esta en el atorio y capilla de la fortaleza de la dicha villa como mas largamente consta ... breue ... transumpto autentico ante nos ... y de las ... de la eleccion y nombramiento ... por el dicho P.e P.º de morales firmado de su nombre ... damos ... revalidamos y damos lic.a y facultad para que las dichas indulg.as se puedan publicar ... con tanto que la publicacion no aya solenidad alguna de trompetas atabales ... que se diga en los pulpitos de las yglesias y se pongan ... cedulas de mano y no impresas en las ... se ponga diga y declare que las personas que ... de ganar las dichas indulgencias ayan de tomar y tengan la bulla de la S.ta Cruzada de la predicacion del año